

COMMENTATIONES  
SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARUM  
GOTTINGENSIS  
RECENTIORES  
VOLUME N. IV.  
AD A. MDCCCXVI — XVIII.



CUM FIGURI S.

---

GOTTINGAE  
APUD HENRICUM DIETERICH.  
MDCCCXX.

## P R A E F A T I O.

**D**um quas novissimis annis Regia Societas Scientiarum exhibuit Commentationes quarto hocce volumine recentioris seriei in lucem emittimus, iam in praefamine ipsius sodalitii curae et vicissitudines per hos annos breviter exponnendae sunt.

Atque ut a directorii munera vicibus secundum trinas classes obeundis ordiamur, hae quidem auctumno a. XVI. Senatus Regii sanctioris rescripto ad *Ioannem Godofredum Eichhorn* ex historica classe transferenda erant, qui vero eas, respectu ad primam sodalitii formam et consuetudinem habito, sponte recusavit, adeoque *Thomas Christianus Tychsen* in eadem classe istam dignitatem a *Ioanne Tobia Mayer* mathematicae classis seniore sibi traditam capessivit; quae quidem a. XVII. ad *Fridericum Benjamin Osiandrum* in physica classe, demumque a. XVIII. denuo ad *Mayerum* in mathematica, devoluta est.

Quod vero incrementa attinet, quae Societas hocce triennio habuit virorum eximiorum accessibus, annuente Senatu Regis sanctiore in Sodalium locum adscripti sunt viri gravissimi hi:

Equidem in honoratorum numerum

Vir Reverendissimus et Illustrissimus Stephanus de Stratiowitsch archiepiscopus Carlovitensis, ecclesiae Graecae metropolita non unitus.

Ipsi vero arctiori nostro sodalitio

Fridericus Theophilus Welcker, philosophiae Professor ordinarius, iam vero in novam litterarum universitatem Bonensem evocatus, adeoque in sodalium exterorum numerum transcriptus.

Inter sodales autem Regni Hannoverani extra Gottin-gam indigenas cooptati sunt viri venerandi, meritissimi

Ioannes Georgius Henricus Feder, Augustissimo Regi a consiliis iustitiae intimis, bibliothecae Regiae Hannoveranae praefectus, quondam in Professorio ordine collega noster coniunctissimus;

et Tilemannus Dothias Wiarda Regi a consiliis aulicis et Syndicus provincialis principatus Frisiae orientalis.

Exteris vero sodalibus adscripti:

Gilbertus Blane Eques Baronetus, inter Serenissimi nostri Principis Regentis archiatros.

Jacobus Gråberg de Hemsö, Suecorum Regis Consul apud Genuenses, Academiae Italicae Praeses.

Iosephus Comes de Scopoli, apud Mediolanenses director studiorum generalis;

et Henricus Fridericus de Diez, Borussorum Regi a consiliis legationum sanctioribus et Praelatus, quem vero nunc e vita sodalitioque nostro discessisse comperimus.

Com-

Commercii vero litterarii caussa et amicitiae iure recepti sunt:

*Iosephus L. B. de Hormayr* Imperatori Regi Austriaco ab aulae consiliis et historia patria scribenda.

*Fridericus Tiedemann*, Magno Badae Duci ab aulae consiliis, anatomes et zoologiae Professor Heidelbergensis.

*Fridericus Carolus Ludovicus Sickler*, Director Gymnasii Hildburghusani.

*Petrus Carolus Comes de la Boulaye-Marillac*, M. D. Lutetiae Parisiorum.

*Ferdinandus Augustus Godofredus Emmert*, M. D. et Professor Tubingensis.

*Augustus Vogel*, Bavariae Regi ab aulae consiliis et Academicus Monachiensis.

*Fridericus Christianus Franz*, Saxoniae Regi ab aulae consiliis, Regiae Societati oeconomicae Dresdensi a litteris secretis.

*Ioannes Salomo Christophorus Schweigger*, Academicus Monachiensis.

*Georgius Henricus Noebden*, A. M. et Philos. Dr. Londini degens.

*Ioannes Daniel Meyer*, collegio Regio iudicum instructionis apud Amstelodamenses adscriptus.

*Fridericus Ernestus Rubkoff*, Direct. Lycei Hannoverani.

*Godofredus Reinoldus Treviranus*, M. D. et Professor Bremensis.

*Antonius Christianus Wedekind*, Praefectus Regius coenobii S<sup>c</sup>ti Michaelis quod Luneburgi est;

et *Augustus Wilhelmus de Schlegel*, in Bonnensi litterarum universitate Professor.

Soda-

Sodalium contra illustrium obitus hocce triennio luge-  
mus hos:

et quidem ex honorariorum numero  
Virum Eminentissimum *Carolum Theodorum L. B. de*  
*Dalberg*, Archiepiscopum Ratisponensem;

et Virum Amplissimum *Ambrosium Archimandritam*  
Russiarum, Metropolitam Novogrodiensem, Petropolita-  
num, Esthoniensem et Finnoniensem.

Ex collegis vero ordinariis:

*Laurentium de Crell*, Augustissimo Regi ab aulae con-  
siliis, medicinae Professorem ordinarium, cuius elogium  
in sollemni Societatis confessu recitatum huic volumini  
insertum legitur.

Tum ex sodalibus terrarum Hannoveranarum indigenis:  
*Ioannem Hieronymum Schröter*, Regi a consiliis iusti-  
tiae, Praefecturae Lilienthalensis principe loco curatorem;

*Christophorum Ludovicum Patje*, quondam Regi a se-  
cretis camerae redditum;

et *Henricum Matthiam Marcard*, Ducis Oldenburgensis  
Archiatrum et a consiliis eius secretis.

Inter exterros autem socios:

*Martinum Henricum Klaproth*, Borussorum Regi a con-  
siliis medicinalibus principe loco et Chemiae Professorem  
in Academia Berolinensi.

*Franciscum de Paula Triesnecker*, Professorem astrono-  
miae, speculae astronomicae Vindobonensi praefectum.

*Ioannem Andrès*, utriusque Siciliae Regis bibliotheca-  
rium, Academiae scientiarum Neapolitanae a litteris secretis.

Gabrie-

*Gabrielem Augustum Comitem de Choiseul-Gouffier, quoniam Galliae Regis ad Turcarum Imperatorem Legatum.*

*Henricum Fridericum de Diez, quem modo inter numerus adscriptos nominavimus.*

*Ioannem Andream de Luc, Praelectorem DIVAE CHARLOTTAE Reginae, Professorem Gottingensem honorarium.*

*Ennium Quirinum Visconti, Regii artium musei apud Parisios antiquarium.*

*Ludovicum Aubin Millin, musei antiquitatum in bibliotheca Regia Parisina conservatorem;*

*et Ioannem Baptisam Antonium Suard, Regiae Academiae litteraturae Gallicae Secretarium.*

*Amicorum vero et familiarium Societatis numerus his annis imminutus est obitu:*

*Hartovici Ioannis Christophori de Hedemann, in exercitu Regio Hannoverano Magistri excubiarum generalis.*

*Aloysii Immanuelis de Stipsics, Professoris archaeologiae in Universitate Posoniensi, Imperatoris Regis Austr. consiliario.*

*Iosephi Lavallée, Legionis honoratorum cancellariae tabulario Praefecti.*

*Dionysii Francisci Donnant, exactoris rationum reddendarum principe loco, Parisiis.*

*Georgii Friderici de Wehrs, Magno Duci Megapolitano Strelitzensi a consiliis legationum secretioribus.*

*Ioannis Friderici de Schwarz, Praefecti vigilum inter copias Saxo-Vinarienses loco et honore ornati.*

*Ioan-*

*Ioannis Valentini Nobilis de Hildenbrand, Imperatori Regi Austr. a consiliis, Professoris practices clinicae in Academia Vindobonensi;*  
*et Pauli Kitaibel, M. D. et Prof. Pestani.*

\* \* \*

Recitatae aut exhibitae sunt his de quibus agitur annis a sodalibus commentationes sequentes, pleraque hoc volumine comprehensae.

A. quidem MDCCCXVI —

M. Julio: *Arn. Herm. Ludov. Heeren de fontibus et auctoritate vitarum parallelarum Plutarchi, Comment. tertia.* *Götting. gel. Anzeigen* 1816. p. 1481.

Eod. *Io. Frid. Blumenbach memoria Laur. de Crell.* *Ib.* p. 1209.

M. Novembri: *Henr. Adolph. Schrader observationes super nonnullis Solanearum generibus.* *Ib.* p. 1921.

Eod. *Io. Frid. Blumenbach Decas sexta collectionis suae craniorum diversarum gentium illustrata.* *Ib.* p. 2081.

A. MDCCCXVII.

M. Februario: *Car. Frid. Gauß theorematis fundamentalis in doctrina de residuis quadraticis demonstrationes et ampliationes novae.* *Götting. gel. Anz.* 1817. p. 393.

M. Maio: *Io. Frid. Ludov. Hausmann Specimen crystallographiae metallurgicae.* *Ib.* p. 1001.

M. Julio: *Car. Himly de peculiari monstrositate humana.*

M. Septembri: *Frid. Bouterwek de philosophia Euripidea, sive de philosophici generis, quo Euripides in tragœdiis suis exornandis usus est, fontibus ac ratione.* *Ib.* p. 1657.

M. Novembri: *Io. Godofr. Eichhorn de Aegypti anno mirabili.* *Ib.* p. 1953.

A.

## A. MDCCXVIII.

M. Ianuario: *Tho. Chr. Tychsen de chartae papyraceae per medium aevum usu eiusque termino, praemissa illustratione duorum fragmentorum in papyro scriptorum. Götting. gel. Anz. 1818. p. 195.*

Eod. *Car. Frid. Gauß determinatio attractionis, quam in punctum quodvis positionis datae exiceret planeta, si eius massa per totam orbitam, ratione temporis, quo singulae partes describuntur, uniformiter esset disperita. Ib. p. 233.*

M. Martio: *Io. Frid. Ludov. Hausmann de rei agrariae et saltuariae fundamento geologico. Ib. p. 737.*

M. Iunio: *Arn. Herm. Ludov. Heeren de fontibus et auctoritate vitarum parallelarum Plutarchi, Comment. quarta et ultima. Ib. p. 1081.*

Eod.: *Henr. Adolph. Schrader Analecta ad Floram Capensem. Sect. I. Filices, Lycopodineae. Ib. p. 913.*

M. Julio: *Tho. Chr. Tychsen de chartae papyraceae per medium aevum usu eiusque termino, Comment. altera. Götting. gel. Anz. 1818. p. 1193.*

Eod.: *Frid. Benj. Osiander de carbone ligneo, summo ad arcendam metallorum oxydationem remedio, novo et certissimo experimento comprobato. Ib. p. 1281.*

Eod.: *Eiusdem de homine, quomodo formetur, continuatae observationes, spectantes in primis epidermidem, cutem et pilos fetuum. Ib. p. 1313.*

M. Augusto: *Io. Tob. Mayer phaenomenorum ab inflexione luminis pendientium, ex propriis observationibus et experimentis recensio et comparatio. Ib. p. 1793.*

M. Decembri: *Frid. Stromeyer de Polyhalite, nova e salium classe Fossilium specie. Ib. p. 2081 —*

M. Iunio a. c. *Henr. Adolph. Schrader de Asperifoliis Linnei.*

Tum vero et Sodales in confessibus Societatis alias  
passim exhibuerunt novas observationes, de quibus suo  
tempore in recensibus nostris litteratis relatim est.

Et quidem *Hausmann* et *Stromeyer* de nova minera argenti  
cuprique sulphurata (*Silberkupferglanz*) ex celebri fodina Sibirica  
*Schlangenberg*. *Götting. gel. Anz.* 1816. p. 1249.

*Iidem* de allophano *Saalfeldensi*. *Ib.* p. 1251.

*Stromeyer* chemicas quorundam Fossilium analyses, barytis  
sulphurati ex comitatu *Senniensi*; caelestini fibrosi *Dornburgensis*;  
et vulpinitis *Bergomensis*. *Ib.* p. 1961.

*Idem* de cobalto in ferro meteorico. *Ib.* p. 2041.

*Heeren* de inscriptionibus cuneatis Persicis et Babylonicis.  
*Götting. gel. Anz.* 1817. p. 529 et 1754. *Ib.* 1818. p. 573.

*Stromeyer* analysis duarum cobalti minerarum, albae (*Speis-kobalt*) *Hasliacae* et nitidae (*Kobaltglanz*) *Norwegicae*. *Ib.* 1817.  
pag. 713.

*Blumenbach* de topaziis nuperrime prope Bathurst in nova  
Hollandia detectis. *Ib.* p. 929.

*Osiander* observations antiquarias et ad naturalem historiam  
spectantes ex itinere Salisburgensi. *Ib.* 1817. p. 1057 et 1313.

*Hausmann* et *Stromeyer* de Spatho siliceo *Massachusettensi*.  
*Ib.* p. 1401.

*Stromeyer* analyses binarum nicoli minerarum *Riegelsdorfensium*. *Ib.* p. 2033.

*Blumenbach* bigam craniorum, veteris nempe Helleni et Bo-  
tocudae anthropophagi *Brasiliani*. *Ib.* 1818. p. 1113.

*Stromeyer* de Cadmio, novo a se detecto metallorum genere.  
*Ib.* p. 1521.

*Idem* analysis trium fossilium: acidi boracici nativit in insulae  
Vulcaniae; minerae ferri piceae Saxonicae et Silesiacae; et Picro-  
pharmacolithis *Riegelsdorfensis*. *Ib.* p. 2073.

Exteri vero sodales et familiares Societatis aliique viri docti studiis eius faventes, sequentia eidem obtulerunt:

*de Krusenstern Sodalis Soc. observationes de incrementis geographiae nauticae insularum maris pacifici ex periplo Ottonis de Kotzebue.* *Götting. gel. Anz.* 1817. p. 1153.

*Woltmann* ex amicis Soc. de relativa similitate eiusmodi aedificiorum, machinarum etc. quae ex eadem quidem materie exstructae, magnitudine saltem inter se differunt. *Ib.* p. 33.

*de Drais* rei saltuariae apud magnum Badae ducem Magister de singulari telescopio a se invento. *Ib.*

*Emmert* ex amicis Soc. de veneno vegetabili Americano, Ticunae analogo. *Ib.* p. 633.

*Ayrer* M. D. apud Harburgenses analecta de morbis hepatis.

*Idem* observationem de physconia intestinali concreto glomerata. *Ib.* p. 930.

*Sickler* ex amicis Soc. de periculis suis volumina ambusta Herculaneum evolvendi. *Ib.* p. 1361.

*Lehmann* Prof. Hamburgensis decadem noyarum e boraginearum familia plantarum. *Ib.* p. 1513.

*de Boucher* Sodalis Soc. de pulveris pyri originibus, igne graeco etc.

*Menu de Minutoli* in Regio Borussorum exercitu Magister excubiarum generalis, novas super vasis murrinis conjecturas. *Ib.* 1818. p. 969.

*Noehden* ex amicis Soc. de Anglorum nautica versus arcton expeditione. *Ib.* p. 609.

*Wedekind* ex amicis Soc. de codice anecdoto chronographi Saxonis. *Ib.* p. 1033.

*Idem* novam interpretationem difficultis apud Ciceronem loci (ad Quintum Fr. l. III. ep. 11.) de Gabinii proconsulis ex Syria reducis triumpho. *Ib.* p. 1034.

b 2 pl. V. a. univ. Wiarda

*Wiarda Sodalis Soc. de significatione malleorum lapideorum  
e tumulis veterum Germanorum sepulcralibus erutorum. Götting.  
gel Anz. 1819. p. 265.*

*Treviranus ex amicis Soc. de Protei anguini encephalo et  
organis sensuum. Ib. p. 866.*

\* \* \*

Videndum nunc de quaestionebus a Societate per hos annos propositis, quarum autem plures, quas nude tantum memorare liceat, votis nostris minus respondisse et studiis peritorum virorum intentatas mansisse, dolemus.

Et quidem quod primarias attinet, in M. Novembrem

A. MDCCXVI. desiderabatur a classe mathematica:

*Theoria pulveris pyrii, nostris etiamnum cognitionibus super  
naturam caloris et fluidorum elasticorum, quantum fieri potest accom-  
modata, phaenomenisque congruens \*).*

Binae quidem de eo argumento Societati oblatae sunt scriptiones, quarum vero altera, praeterquam quod contra statutam legem vernacula lingua concepta erat, gravem et subtilem materiem paucis plagulis tam leviter et iejune absolvit, ut nullatenus in censum venire potuerit.

Longe alia utique erat conditio alterius commentationis, symbolo inscriptae Hesiodeo οὐς γὰια καὶ οὐρανος εὐρὺς στικτον, utpote quae auctorem in physica et chemica disciplina probe versatum testatur, qui tamen principi in quo problema versatur cardini, origini in primis et fontibus ingentis vis caloris quem pyrius pulvis quando incenditur evolvit, nimis parum novae lucis affudit, quam

ut

\* ) Uberius expositam quaestionem v. in Praef. Vol. III. harum *Commentationum* p. XV sq.

ut praemium ipsi tribui potuerit, cuius quidem iudicij caussae et rationes in recensibus Gottingensibus uberius expositae leguntur \*).

In M. Novembrem A. MDCCXVII. a classe *historico-philologica* requirebatur:

*Historia bonarum artium Graecarum in Syria, inde ab initio imperii Seleucidarum usque ad tertium a Christo nato saeculum.*

In M. Novembrem A. MDCCXVIII. a classe *physica* postulabatur:

*Ut experimentis certis et exploratis doceatur num quod hactenus vocabatur acidum muriaticum, idemque tam simplex quam oxygenatum, revera ad substantias oxygenatas (ex connubio basis cuiusdam combustibilis cum oxygenio composita) referendum sit; anve potius oxygenio plane careat, adeoque acidum sic dictum muriaticum oxygenatum pro substantia simplici, oxygenio saltem quodammodo analoga, habere liceat.*

\* \* \*

Proxime nunc memorandae veniunt quaestiones oeconomici argumenti his annis pronuntiatae.

In M. Iulium A. MDCCXVI.

*Expositio plena et solida doctrinae de castratione animalium domesticorum tam pilosorum quam pennatorum et quidem in utroque sexu, ad optime perficiendam eam encheiresin.*

In M. Novembrem eiusdem A. MDCCXVI.

*Quibus modis acidum lignorum levissimo pretio ita parare liceat, ut aceto vulgari, praesertim ad preparata pharmaceutica et technica commode substitui possit.*

Iterata

\*) Götting. gel. Anz. 1816. p. 2028 sq.

Iterata vice ut mox dicemus, in M. Novembrem anni praeteriti proposita.

In M. Iulium A. MDCCCXVII.

*Curata historia insectorum quibus Brassica napa silvestris et Br. campestris infestantur et consilia probata ad averruncandam eam pestem.*

In M. Novembrem eiusdem A. MDCCCXVII.

*Quid faciat tam ad emendandam quam ad depravandam progeniem animalium domesticorum delectus parentum prout sive ex eodem stemmate servati, sive ex diversis stirpibus invicem copulati fuerint.*

Ternae ad manus sodalium pervenere super eo argumento commentationes, quarum vero altera, verbis inscripta Perill. nostri Sodalis, Alex. ab Humboldt: "Organe entstehen um so häufiger etc." non solum cum reliquis duabus comparata, eas ingenii et doctrinae laude superabat, verum et per se spectata argumentum grave aequa ac subtile tam docte et perspicue tractat, ut Societas unanimi sodalium suffragio praemium ipsi tribuerit. Scheda resignata auctor in notitiam venit Ios. Adolph. Bachmann medicus veterinarius apud Paderbornenses et in exercitu Borussico Locumtenens \*).

In M. Iulium A. MDCCCXVIII.

*Num dentur arbores Americae septentrionalis silvestres quarum cultura quibusdam nostratum certo respectu aut aequiparanda aut praefferenda sit.*

In M. Novembrem eiusdem anni:

Repetita et iterum revocata est quaestio de acido lignorum.

Et

\*<sup>o</sup>) Vid. Götting. gel. Anz. 1817. p. 1940, et commentationem ipsam prelo mandatam in promptuario Hannoverano 1818. p. 1 - 234.

Et nunc quidem binae in iudicium submissae sunt commentationes, adiunctis speciminibus de quibus agebatur praeparatorum. Altera earum in quibusdam utique laudem mereri, nec tamen id quod maxime quaesitum erat expeditissimum est; in quo contra altera, verbis notata “*Arbeit ist des Bürgers Zierde etc.*” cuius auctor mox vulgatus est G. H. Stoltze administrator pharmacopolii orphanotrophei Halensis, eatenus quidem se approbavit Societati ut suetum praemium ipsi tribueret, cuius quidem iudicij rationes in recensibus nostris litterariis expositae sunt \*).

\* \* \*

Subiicienda nunc restat commemoratio quaestionum in annos futuros promulgatarum.

Sunt igitur ex his primariae propositae

in Novembrem MDCCCXIX. a mathematica classe:

*Examen theoriae Daltonianaæ de expansione fluidorum tam liquidorum quam elasticorum, Mercurii in primis et aëris atmosphaerici, a calore genita, experimentis simplicibus et certis nixum, et eum præcipue in finem institutum, ut de necessitate, graduum, quales thermometrorum scalæ hucusque receptæ, referunt, progressiones mutandi, a Daltonio agitata, iudicium dubiis exemptum ferre liceat.*

*Eine auf einfache und scharfe Versuche gegründete Prüfung der Daltonischen Theorie über die Ausdehnung der tropfbaren und elastischen Flüssigkeiten, besonders des Quecksilbers und der atmosphärischen Luft, durch die Wärme, mit hauptsächlicher Beziehung auf die von Dalton behauptete Notwendigkeit, die Progressionen der Grade auf den bisherigen Thermometerskalen ändern zu müssen.*

In

\*) Götting. gel. Anz. 1818. p. 2043 sq. et 1819. p. 1185.

## In Novembrem MDCCXX. a classe historico-philologica:

*Instituatur recensus ac comparatio critica monumentorum priscorum omnis generis, quae hactenus in America immotuerunt, cum monumentis Asiae et Aegypti. Doceatur quatenus inter se convenient, quatenus differant. Censurae subiiciantur argumenta, quibus coniectura ex iis ducta, communionem iam antiquitus inter terras hasce longinquas earumque incolas existisse, superstructa est.*

*Man verlangt eine Uebersicht und critische Vergleichung derjenigen alten Denkmäler aller Art, welche bis jetzt in America bekannt worden, mit den Asiatischen und Agyptischen Denkmählern. Man zeige, wiefern sie miteinander übereinkommen, oder von einander verschieden sind; und würdige darnach die Gründe, auf welche die daher abgeleiteten Vermuthungen gebaut sind, dass schon in früher Zeit Verbindungen zwischen diesen fernen Ländern und deren Bewohnern statt gehabt.*

## In Novembrem MDCCXXI. a physica classe:

*Quum in tot tantisque conversionibus quas solidam telluris crustam inde a prima eius creatione subiisse constat, nonnullae earum recentioris aevi ad statuta historica tempora referenda videantur, aliae contra longe antiquiores omnem historiae notitiam longe excedant, desiderat Societas Regia tum plenam satis et accuratam investigationem earum solidae superficie orbis terraquei mutationum quae documentis ex ipsa historia petitis demonstrari possunt, tum vero et expositionem consectariorum, quibus ipsis hisce phaenomenis historicis ad explicationem longe antiquiorum conversionum uti licet, quales planetam nostrum inde a prima eius formatione pridem subiisse testatur quidem geologia, de quarum vero aetate et modo omnis historia filet.*

*Die Untersuchung der Erdoberfläche und die verschiedenen Lagen, woraus die rigide Erdenrinde besteht, führt zu dem sichern Resultate, dass nicht alle Theile derselben gleichzeitig und auf dieselbe Weise gebildet sind und dass sie zum Theil nach ihrer ersten Bildung gewisse Umänderungen erlitten haben müssen. Wenn wir nun gleich im Stande sind, das relative Alter jener successiv gebildeten Massen*

*Massen auszumitteln und verschiedene grosse Erdcatastrophen zu unterscheiden, so ist es uns doch nicht möglich, die Zeiten zu bestimmen, in denen jene Bildungen und Umbildungen erfolgten, oder die Dauer der Zeiträume anzugeben, die zwischen den grossen Erdrevolutionen verstrichen. Es fragt sich aber, ob nicht doch gewisse, mehr partielle Veränderungen der Erdoberfläche im Gebiete geschichtlicher Ueberlieferung liegen, und ob nicht durch Beobachtungen, so wie durch sorgfältige Vergleichungen verschiedenartiger Nachrichten über die Beschaffenheiten gewisser Theile der Erdoberfläche, einige sichere Resultate zur Bestimmung der Zeit, in welcher jene Veränderungen sich zutrugen, und der Zeitdauer, welche die Bildung gewisser Theile der Erdenrinde erforderte, zu erlangen seyn sollten, wodurch vielleicht zugleich ein helleres Licht über die Umänderungen der Erdoberfläche, zu welchen die Geschichte nicht reicht, verbreitet werden würde.*

*Da dieser Gegenstand bisher nicht so umfassend und gründlich bearbeitet worden ist, wie er es verdient, so macht Königliche Gesellschaft der Wissenschaften zum Gegenstande einer Preisaufgabe:*

*Die gründlichste und umfassendste Untersuchung über die Veränderung der Erdoberfläche, welche in der Geschichte sich nachweisen lassen und die Anwendung, welche man von ihrer Kunde bey Erforschung der Erdrevolutionen, die außer dem Gebiete der Geschichte liegen, machen kann.*

Constitutum est in singulas has quaestiones praemium L ducatorum aureorum; redditia sunto scripta ante exeuntem Septembrem anni quo certabitur.

Ex oeconomica autem disciplina petitaæ quaestiones sunt hæc:

In Iulium MDCCXIX.

*In der Anwendung des Wasserdampfes zu mancherley Bereitungen, bey denen man sonst die durch Holz oder andere Brennmaterialien bewirkte Hitze mehr unmittelbar anzuwenden pflegte, hat man in neuerer Zeit bedeutende Fortschritte gemacht, und daraus*

auch hin und wieder schon im Stadt- und Landhaushalte Vortheile gezogen, die nicht allein in einem geringeren Verbrauche von Brennmaterial, sondern oft auch in Ersparung von Zeit und Arbeitslohn bestehen.

Obgleich diese Vortheile bey verschiedenen Bereitungen gar keinem Zweifel unterworfen seyn können, so hat doch die Anwendung des Wasserdampfes zu obigen Zwecken bis jetzt im Stadt- und Landhaushalte nur geringen Eingang gefunden, wovon der Grund hauptsächlich mit in dem Mangel gründlicher, populärer Anleitungen zu liegen scheint. Da nun aber bey den immer mehr steigenden Holzpreisen, die allgemeinere Einführung jener Anwendung von grosser Wichtigkeit ist, so würde man sich wesentlichen Nutzen versprechen dürfen von

einer gründlichen, populären, und auf sichere Erfahrungen gestützten Anleitung zur Anwendung des Wasserdampfes bey verschiedenen Bereitungen im Stadt- und Landhaushalte, wobey man bisher die durch Holz oder andere Brennmaterialien bewirkte Hitze unmittelbar anzuwenden pflegte.

Es würde bey dieser Anleitung

1. vorläufig die Frage zu erörtern seyn: Bey welchen im Stadt- und Landhaushalte vorkommenden Bereitungen ist die Anwendung des Wasserdampfes nicht allein möglich, sondern auch mit wesentlichen Vortheilen, im Verhältnisse zum gewöhnlichen öconomischen Gebrauche des Brennmaterials verknüpft? Wobey nicht etwa bloss das Kochen und Braten, sondern auch andere Bereitungen, zumahl das Bierbrauen und Brauntweinbrennen zu berücksichtigen seyn würden.

Darauf würde dann

2. die, nicht allein alle, von andern bekannt gemachte Erfahrungen prüfende, sondern auch auf eigene, im Grossen sorgfältig angestellte Versuche, sich gründende Anleitung selbst folgen müssen, in welcher

- die zur Anwendung des Wasserdampfes erforderlichen Vorschriften genau beschrieben und durch Risse darzustellen, und
- das Verfahren und die dabey zu beobachtenden Vorsichtsmassregeln gründlich und deutlich anzugeben seyn würden.

End-

Endlich müßte noch

3. eine genaue Ausmittelung der Gröſſe des Vortheils geliefert werden, der mit der Anwendung des Waffer dampfes zu obigen Zwecken, im Vergleich mit dem gewöhnlichen Gebrauche des Holzes und der fossilen Brennmaterialien verknüpft ist.

*Popularis institutio de nſu vaporis aquosi in oeconomia aliis hucusque uſitatis combustibilibus ſubſtituendo.*

### In Novembrem eius anni:

Es ist bekannt, wie nachtheilig in gewissen Jahren und unter gewissen Umständen die Ackerschnecke (*Limax agrestis*) den Saaten ist, und besonders fühlbar sind diese Nachtheile im verfloffenen und gegenwärtigen Jahre in unfern Gegenden geworden. Die Mittel, welche bisher zur Vertilgung derselben in Vorschlag und in Anwendung gebracht worden, sind entweder unvollkommen (wie das Ueberwalzen der Saat, der Gebrauch von Kalk, Heerdasche, Ofenruss, u. s. w.) oder umständlich und kostspielig (wie das in neuesten Zeiten empfohlene Absuchen der Schnecken), und man wird schwerlich eher mit glücklichem Erfolge jenen Feind der Saaten bekämpfen können, bevor man nicht im Besitze einer genauen Kunde der Naturgeschichte des Thiers und der Bedingungen der außerordentlichen Vermehrung derselben zu gewissen Zeiten ist.

Die Königliche Societät wünscht daher

eine auf genaue Beobachtungen gegründete, vollständige Angabe der Naturgeschichte der Ackerschnecke (*Limax agrestis*) nebst einer Anleitung zur Anwendung sicherer, durch Erfahrungen erprobter und im Großen mit Vortheil verknüpfter Mittel zur Verhütung der starken Vermehrung oder zur Vertilgung derselben.

*Historia naturalis Limacis agrestis, una cum remediis quibus noxae quas haec molluscorum species inferre solet, provideri possit.*

### In Iulium MDCCXX.

Da das Zusammentreffen verschiedener Umstände bewirkt, dass der Betrieb der Bergwerke am Oberharz gegenwärtig nicht mehr so schwung-

schwunghaft seyn kann, als er es vormahls wär; und da die allmähliche Verminderung der Erze, falls nicht etwa unerwartet neue, grosse Anbrüche entdeckt werden sollten, eine Einschränkung des Betriebes und dadurch die Verminderung einer Haupterwerbsquelle für viele Menschen nothwendig zur Folge haben muss; so ist es gewiss gerathen, bey Zeiten zu untersuchen: welche Arten von Gewerben sich am besten dazu eignen dürften, um am Oberharz neben den eigentlichen Bergmännischen Gewerben mit Vortheil betrieben zu werden, und welche Mittel am dienlichsten seyn möchten, um solche neue Gewerbe dort mit Glück einzuführen. Die Königliche Societät der Wissenschaften bestimmt daher, um ihrer Seits dazu beyzutragen, die Aufmerksamkeit auf diesen, für jeden Freund des Vaterlandes und jener merkwürdigen Gebirgsgegend insbesondere, so wichtigen Gegenstand zu leiten, zur Preisaufgabe, die beste Beantwortung der Frage:

*Welche Arten von Gewerben sind in Hinsicht auf die natürliche Beschaffenheit und die übrigen Verhältnisse des Oberharzes am Mehrsten dazu geeignet, neben den eigentlichen Bergmännischen Gewerben, einem Theile der dortigen Einwohner einen angemessenen und dauernden Unterhalt zu verschaffen, und durch welche Mittel würde dort solchen neuen Gewerben am leichtesten Eingang verschafft werden können?*

*Quaenam negotiorum et opificiorum genera Hercyniae superioris incolis praeter metallicos quibus occupantur labores aptissime convenient.*

*Et porro in Novembrem eiusdem anni:*

*Die Innerste, welche bey Langelsheim den Harz verlässt, und dann ihren Lauf durch das Hildesheimische nimmt, um sich bey Ruhle mit der Leine zu vereinigen, führt von den Abfällen der am Oberharz an ihr liegenden Poch- und Hüttenwerke viele Theile mit sich fort, wodurch nicht allein ihr Wasser gewisse nachtheilige Eigenschaften zu erhalten scheint, sondern wodurch auch besonders die in ihrer Nähe liegenden Wiesen und andere Ländereyen mit sehr*

fehr unfruchtbaren, der Vegetation schädlichen Theilen überschwemmt werden, wodurch jährlich der Ertrag eines sehr grossen Areals bedeutend vermindert wird, wie solches mit Mehrerem aus einem diesen Gegenstand betreffenden, schätzbarren Aufsatze im 28. Stücke des Hannöverschen Magazins 1818 zu ersehen ist. Es sind bereits zu verschiedenen Zeiten Mittel vorgeschlagen, um jenem grossen Uebel zu steuern, gegen deren Anwendbarkeit man aber mit Recht Zweifel erhoben hat. Man wird auch wahrscheinlich nicht eher zweckmässige Vorkehrungen zur Verminderung des durch die Innerste bewirkten Schadens auffinden, bevor man nicht eine gründliche Einsicht in die Natur derselben erlangt hat. Es ist aber bis jetzt noch nicht einmaht entschieden, ob die Innerste allein durch die sogenannten Aſter (die Abfälle von den Pochwerken) welche durch sie aufgeschwemmt werden, oder auch durch ihr Waffer, welches vielleicht schädliche Theile chemisch aufgelöst enthält, schade; ob die Aſter bloß mechanisch, oder ob sie auch durch ihre Bestandtheile nachtheilig einwirken u. f. w. Die Königliche Societät der Wissenschaften verlangt daher, um die Aufklärung dieser Sache und wo möglich die Auffindung wirkfamer Mittel gegen das grosse Uebel, welchem die Landwirthſchaft einer Provinz des Königreichs Hannover fortwährend ausgesetzt ist, zu veranlassen,

eine gründliche Untersuchung der Ursachen des Schadens, den die Innerste den angränzenden Ländereyen auf ihrem Laufe durch das Hildesheimische zufügt, nebst Vorschlägen zu wirksamen und im Grossen ausführbaren Massregeln, um demselben so viel wie möglich Einhalt zu thun.

Was die zu erwartenden Vorschläge betrifft, so würde dabey unter Andern zu berücksichtigen seyn:

1. Vorkehrungen, die etwa in der Nähe der Pochwerke und Hütten selbst, zur Verminderung der in die Innerste übergehenden Abfälle zu treffen seyn dürften.
2. Vorkehrungen zur Ableitung und Auffangung der bereits fortgeführten Aſter.
3. Vorkehrungen zur Verminderung der Ueberschwemmungen der Innerſte.
4. Er-

4. Erprobte Mittel um die bereits aufgeschwemmten Theile oder das mit den Ländereyen in Berührung kommende Wasser, auf die Vegetation wo möglich weniger schädlich zu machen.
5. Auf Versuche sich gründende Angaben, in wie fern vielleicht die aufgefangenen After auf irgend eine Weise, z. B. zum Wegausbau, sich benutzen lassen dürfen.

*Indagatio noxarum quas inundationes fluminis Innerste vicinis ipsi terris Hildesienibus afferunt et quibus modis huic damno aptissime occurri possit.*

Praemium in quamvis harum quaestionum dictum est XII aureorum ducatorum. Tradendae autem commentationes quae in certamen admitti volent, ante Cal. Iunias vel Octobres.

Scripsit M. Septembri MDCCXIX

*Io. Frid. Blumenbach.*

---

INDEX

I N D E X  
COMMENTATIONUM RECENTIORUM  
VOLUMINIS QUARTI.

Praefatio *Io. Frid. Blumenbachii*. . . . . Pag. III - XXII

*Commentationes classis physicae.*

<i>Io. Frid. Lud. Hausmann de arte ferri conficiendi veterum, in primis Graecorum atque Romanorum.</i> . . . . .	3
<i>Ej. Specimen crystallographiae metallurgicae.</i> . . . . .	59
<i>Frid. Benj. Osiander de carbone ligneo, summo ad arcendam metallorum oxydationem remedio, novo et certissimo ex- perimento comprobato.</i> . . . . .	89
<i>Ej. de homine, quomodo formetur, continuatae observatio- nes, spectantes imprimis epidermidem, cutem et pilos fetuum</i> 109	
<i>Frid. Stromeyer de polyhalite, nova e salium classe fossi- lium specie.</i> . . . . .	139
<i>Io. Frid. Blumenbach decas sexta collectionis suae craniorum diversarum gentium illustrata.</i> . . . . .	159
<i>Henr. Adolph. Schrader de Asperifoliis Linnei.</i> . . . . .	175
<i>Godofr. Rein. Treviranus de Protei anguini encephalo et orga- nis sensuum disquisitiones zootomicae.</i> . . . . .	197
<i>Memoria Laur. de Crell auctore Io. Frid. Blumenbach.</i> . . .	203

*Commentationes classis mathematicae.*

<i>Car. Frid. Gauss theorematis fundamentalis in doctrina de residuis quadraticis demonstrationes et ampliationes novae</i> 3	
<i>Ej. determinatio attractionis, quam in punctum quodvis po- sitionis datae exerceret planeta, si eius massa per totam orbitam, ratione temporis, quo singulae partes describun- tur, uniformiter esset dispartita.</i> . . . . .	21
<i>Io. Tob. Mayer. phaenomenorum ab inflexione luminis pen- dientium ex propriis observationibus et experimentis re- censio et comparatio.</i> . . . . .	49
	<i>Com-</i>

<i>Commentationes classis historicae et philologicae.</i>	
<i>Frid. Bouterwek de philosophia Euripidea sive de philosophandi generis, quo Euripides in tragoeidiis suis exornan-</i>	
<i>dis usus est, fontibus ac ratione. . . . .</i>	Pag. 3
<i>Io. Godofr. Eichhorn de Aegypti anno mirabili. . . . .</i>	35
<i>Arn. Herm. Lud. Heeren de fontibus et auctoritate vitarum</i>	
<i>parallelarum Plutarchi. Commentatio tertia, vitarum</i>	
<i>Romanorum priorem partem continens. . . . .</i>	65
<i>Ej. Commentatio IV<sup>ta</sup>, ducum Romanorum alteram partem</i>	
<i>continens. . . . .</i>	95
<i>Tho. Chr. Tychsen de chartae papyraceae in Europa per me-</i>	
<i>dium aevum usu eiusque termino; praemissa illustratione</i>	
<i>duorum fragmentorum in papiro scriptorum . . . . .</i>	141
<i>Ej. commentatio altera. . . . .</i>	165

---

*Tabulae aeri incisae huic volumini insunt sequentes:*

*Ad commentationes physicas*

<i>Hausmann Specimen crystallographiae metallurgicae . .</i>	Tab. I.
<i>Blumenbach decas sexta craniorum . . . . .</i>	LI—LX.
<i>Schrader de Asperifoliis Linnei . . . . .</i>	I.
<i>Treviranus de Protei anguini encephalo etc . . . . .</i>	I. II.

*Ad commentationes mathematicas*

<i>Mayer de inflexione luminis . . . . .</i>	L
--	---

*Ad commentationes historico-philologicas*

<i>Tychsen de charta papyracea . . . . .</i>	I—III.
--	--------

---

ADDENDA.

In comment. cl. *physicae*:

pag. 172. l. 17. post primorum adde inferiorum

---

© SUB GÖTTINGEN / GDZ | 2011



**Opcard 201**

